

ritur , quicquam suppeditare , quomodo lib. 6. Cod. tit. 57. const. 5. tradit . Plane vulgo conceptus , neque patrem habere dicitur , quemadmodum lib. 1. tit. 5. dig. 23. Porro concubinatus legitimus est , & eas sine crimine concubinas habere possumus , in quas illicita non committuntur , veluti fit in concubina patris , vel avi , aut in filia sororis : ut lib. 25. tit. 7. & lib. 23. tit. 2. dig. 55. & lib. 48. tit. 5. digest. xi. docent . *Balſ. Schol.* tit. 8. lib. 38. digest. positus est in cap. 6. tit. 2. lib. 45. Basil. Digest. 23. tit. 5. lib. 1. est cap. 19. tit. 1. lib. 46. quod ait : Qui ex legitimo matrimonio natus est , patrem sequitur : vulgo quæstus autem , matrem &c. Tit. 7. lib. 25. digest. non est positus in Basiliis tit. 2. lib. 23. digest. positus est in lib. Basili. 28. tit. 4. Digestum vero 55. ejusd. tituli ; non est positum in Basili. Titulus 5. lib. 48. digest. est in lib. Basili. 60. tit. 37. Digestum autem xi. non est transcriptum .

Ibid. Proinde & ancillas noſtras in concubinatu habere possumus . Dicitur namque lib. 6. tit. 4. const. 4. Cod. Quæ (ancilla) domini sui legitimam uxorem non habentis , usque ad mortem ejus concubina fuerit , eam cum liberis suis in ingenuitatem rapi &c. Plane adulterii accusatio ob stupratam concubinam etiam instituitur , quomodo lib. 48. tit. 5. digest. 12. & 13. Ceterum concubina est , quæ legitime , quum alioqui sine nuptiis , vivit , & quæ minus honesta est , pellex vocatur , ut lib. 50. tit. 16. digest. 144. traditur . *Balſ. Schol.* Digest. 12. & 13. tit. 5. lib. 48. non sunt posita in Basiliis . Digest. 144. tit. 16. lib. 1. est cap. 144. tit. 2. lib. 2. Basili. quod sic habet : Concubina est quæ cum aliquo in domo ejus extra legitimas nuptias vivit : Minus autem honesta , φίλη , amica appellatur .

*Cap. 9.* Qui , quæve in alterius potestate sunt , non possunt legitime matrimonium contrahere , non consentiente eo , qui illos in potestate habet , ut lib. 5. Cod. tit. 4. & lib. 23. tit. 2. traditur : extra quam si quis filiam 25. annos natam , in matrimonium elocare differat . *Balſ. Schol.* Titulus 2. lib. 23. digestorum , est in cap. 1. tit. 4. lib. 28.

*Cap. 10.*